

De voluntate Dei.

Quarto. Ut credit atque consteat Deum omnipotentem quoscumque vult salvare, et neminem posse salvari ullatenus, nisi quem ipse salvaverit: omnes autem salvari quoscumque ipse salvare voluerit. Ac per hoc quicunque non salvantur, penitus non esse voluntatem illius ut salventur, dicente Propheta: *Omnia quæcumque voluit Deus, fecit in cælo et in terra, in mari et in omnibus abyssis* (*Psal. xxxiv, 6*).

Et licet quædam sint alia quibus in Pelagio damnatis universaliter Ecclesia consenserit, satagerit

A atque subscripterit, haec tamen specialiter adversum ejusque complices per apostolicam sedem, instantia beatissimi Aurelii, Carthaginensis episcopi, atque Augustini, cum aliis ducentis quatuordecim episcopis ab ejus pravissimis sensibus eruta, vindicata, et multis tam epistolis quam libris toto orbe vulgata, omnis hodieque gaudet, constetur, predicit, et tenet atque tenebit Ecclesia. His per omnia consentaneam, prædicabilem paternitatem, fraternitatemque vestram gratia superna invictam atque prævalidam, et suo manere gaudentem perpetuo conservare dignetur.

EJUSDEM EPISTOLA AD QUEMDAM EPISCOPUM.

(Mabill., Vet. Analect.)

Domino mihi in dominorum Domino desiderabiliter venerando ill. merito sacerdotali paternoque culmine insignito, PRUDENTIUS famulorum Christi humillimus, sempiternam in omnium Salvatore salutem.

Quantum, mi fratrum charissime, litteræ tuæ perdesiderabilis mihi germanitatis textus meam diu insatiabiliterque collectam sitem æstumque dulcedo recreaverit, quantumque jucundissimæ oblationis invexerit, fideliter fateor dici nequit: quippe cum tot tantisque perturbationum fluctibus pene irrevocabiliter obrutus, ne sibilo quidem, ut dicitur, tui quidquam haurire valuerim, utrum te super ad Dominum jam redisse contingeret, cum repente vix tandem a palatinis excubiis, quibus diu inservire coactus fueram, absolutus, latorem quam desiderabilium mihi apicum... vestræ Trecas, cui me divina gratia, non autem ulla meritorum meorum plenitudo præses dignata est, offendit. Et auditio, quod extinctum metuebam, alterius mei nomine, explosio, gaudio superante, soporibus, desperatione potius quam oblivione contractis, respiravi; et supernæ bonitati, quæ inter adversa et prospera suos servare conseevit gratulatus, litterarum insatiabili atque multoties iterata recursione inhærens illuc

B meum ill. germanum unanimem, imo me alterius queritans, tandem repperisse me plurimum gaudeo: quoniam qui ipso mihi auditu extinctus videbatur, subito vivens apparuit; et quem abisse autem ab superesse non ambigo. Agens itaque auctori bonorum omnium gratias, indefesse hoc uno inexplicabili terreno afficio, quo te don tam vivere quam bene vivere audio, audiens gratulor, gratulans desiderans postulo; et ut ipse convivere merearis tuis [piis] precibus opto ac meritis, quibus me omnibus propositum volumque Christianæ militie infatigabiliter oppugnantibus innutabiliter relevai confido. Age nunc, fratrum dulcissime, et dace omnium ordinantis, omnia serenantis gratia, ne meaque discretioni commissos sanctissime instanssimeque intercessionis ope fulcire non desinas: quos plurimum vivere si xenia proprie aduentonis vel ligatæ, vel solutæ crebro visitans, mituenda imperans, desiderantibus miseris. Bene te semperque in Domino valentem, nosque importunum clavo supplicationum ad portum optati littoris reverentem virtus omnipotentis brachii conservare dognet.

Quot voces oculis, lingua, audituque manuque
Hausisti, totidem kætificere bonis.

SANCTI PRUDENTII

TRECENSIS EPISCOPI

SERMO DE VITA ET MORTE GLORIOSÆ VIRGINIS MAURÆ

(Apro J Camuz., Promptuariorum antiqui Trices. dicee.)

Instatis, charissimi filii, opportune, importune, ut loco sermonis quem diebus solemnibus vobis facere consuevi, de vita gloria, et morte pretiosa sororis nostræ Mauræ, non solum dicam quidquam,

D sea et scriptum relinquam posteris profutarum. Ad hoc enim frater ejus Eutropius, præpositorus vester, qui fuit spirituali affectione germanior, quam carnali, me ex parte vestra, et vir religiosissimus Lee-